

magnos ecclesiarum prelatos, qui sativi erant, dum errori consenciant manifesto, non desunt^a facinori obviare. Sic enim sanctitas incorrupta^b corrumpitur, Petri navicula^c, naufragatur arca federis, disperguntur lapides sanctuarii et iacent in capite omnium platearum; nec est qui pro liberatione populi exaltet vocem suam, sed pastores efficiuntur mercenarii et tamquam canes muti non valentes^d latrare stupeſcunt. Vos ergo patriarcha patrum princeps, ecclesie catholice cultor, assumite arma iusticie, scutum specialis proteccionis, loricam fidei, galeam salutis, arcum incorruptionis et faretram scripturarum, evellatis vepres, spinas et tribulos comburatis, radices hereticos extirpetis que sicut gratiam (sic) germinent (sic) et fidelium corda corrumpunt. Prestolaret^e siquidem adventum nostrum egregius ordo scolarium, qui de diversis mundi partibus causa^f studii Vincencie com(m)oratur, verentes, ne ipsorum aliqui minus intelligentes et flexibiles minus provide in heresim dilabantur. Profecto magni laboris est magnique criminis (sic), inter dubias imperitorum opiniones et verisimiles falsitates per viam rectam saneque doctrine semitam inoffensis gressibus ambulare. Non detineant vos igitur Fori Iulii negocia imperialia¹, non census et redditus Sclavonie silvestris, sed refoveſte flebiles, porrigite manum lapsis et propere succurrite gregi vobis commisso^g, qui sine ductore in Gilboe^h montibus perimitur et vagatur, nec est qui conservet eumⁱ ex omnibus curis^k eius. Non sacrificetis eum, qui licet sanctus fuerit, filios non correxit, sed transite Iordanem et edificate altare domino de lapidibus, quos^l ferrum heretice non tetigit pravitatis, et ita beatissimum Hermacorum, cuius vice patriarchatus katedra faciente domino residetis, dignis videbimini operibus imitari et fame vestre sonus lacius diffunditur et favorabilius recipit incrementum.

a) 'non defuerint' c. b) 'incorrupta in eo' c. c) 'naviculum' c., in dem folgenden fehlt offenbar ein Wort. d) 'non valescent' c.
e) 'prestolare' c. f) 'tam' c. ausgeschrieben. g) 'commissa' c.
h) 'Gelboe' c. i) 'eam' c. k) 'caris' c. l) 'quoque' c., vgl. Deuteron. 27, 5.

1) Otto IV. bestätigt am 13. Jänner 1209 dem Patriarchen Wolfger von Aquileja das Herzogthum Friaul mit Zugehör. S. Böhmer-Ficker, Regg. V. 1. 258. In Angelegenheiten des Reiches ist er seit Mai 1208 als Legat für ganz Italien vornehmlich in Mittel- und Oberitalien thätig, s. Regg. IV, 2. 12315. 12326^a. 12337—39, namentlich 12341. Hier mochte Boncampagni, dessen Gönner Wolfger war, mit diesem Verkehr gepflogen haben. Zu Anfang Juli 1209 stellte Wolfger seine Thätigkeit als Legat ein, s. Böhmer-Ficker Regg. n. 12346. Vor diese Zeit dürfte also die Abfassung des obigen Schreibens zu denken sein.